UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianae, 1661

## De Litis Contestatione. Titvlvs V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62953

Visual Library

CAP. II.

*Modus procedendi datus per reſcriptum in cauſa conventionis, intelligitur repetitus in cauſa reconventionis.*

Cœleſtinus III. *Rothomag.* a *Decano.*

PRudentiam *b. & infrà.* Sanè conſuluiſti nos, utrum cùm cauſa appellatione remota committitur, & reus coram eodem judice actorem reconvenerit, & actor ſuper reconventione appellationis obſtaculum interponit, an ſit hujuſmodi appellationi deferendum? Nos verò ita ſentimus, quòd cùm actoris & rei eadem ſit conditio, & uno eodemq; jure circa appellationis remedium debeat uterq; cenſeri, ſicut deſiderat actor, ut ſibi juxta mandatoris reſcriptum juſtitia fiat appellatione remota: eodem modo reconvenienti debet in ſua juſtitia reſpondere.

## DE LITIS CONTESTATIONE.

### *TITVLVS V.*

CAP. I.

*Non per poſitiones & reſponſiones, ſed per petitionem in jure propoſitam & reſponſionem ſecutam, fit litis conteſtatio, qua omiſſa nullus eſt proceſſus.*

Gregorius IX. *Abbati ſancti Ioannis in vineis.*

OLim inter Epiſcopum Novienſem ex parte una, & capitulum eccleſiæ ſancti Quintini ex altera, ſuper quibuſdam injuriis, & excommunicationum ſententiis, & quibuſdam aliis articulis orta fuit materia quæſtionis: *& infrà.* Iudices factis quibuſdam poſitionibus & reſponſionibus ad eaſdem: auditis etiam, quæ partes voluerunt proponere coram eis, cauſam eandem ad examen Apoſtolicum remiſerunt. Procuratoribus igitur partium propter hoc in noſtra præſentia conſtitutis, quamvis poſitiones & reſponſiones hincinde ſuper pluribus articulis factæ fuerint coram judicibus memoratis: quia tamen litis conteſtationem *c* non invenimus eſſe factam, cùm non per poſitiones & reſponſiones ad eas, ſed per petitionem in jure propoſitam & reſponſionem ſecutam conteſtatio *d* litis fiat: proceſſum ipſorum de fratrum noſtrorum conſilio irritum duximus nunciandum.

## VT LITE *e* NON CONTESTATA non procedatur ad teſtium receptionem vel ad ſententiam definitivam.

### *TITVLVS VI.*

CAP. I.

*Si agatur de adulterio ad ſeparationem tori, & ante litis conteſtationem reus eſt contumax, poteſt excommunicari, ſed teſtes recipi non poſſunt, nec cauſa definiri.*

Innocentius III. *Abbati ſancti Proculi. & L. canonico Bononienſi.*

AD *f* hæc Deus: [ 1 *& infrà.*] Cùm cauſa, quæ inter R. & B. uxorem ejus vertitur, auctoritate Apoſtolica, vobis commiſſa fuiſſet, tandem procurator ejuſdem R. libello uxoris, quo virum ad ſeparationem tori, & ut dotem reciperet, de adulterio accuſabat, noluit reſpondere, donec advocatus ejus veniret, inducias poſtulando. Qui cùm hujuſmodi ſæpe petendo, vobis illudere videretur, tandem ad præſentiam veſtram accedens, dixit ſe reſpondere paratum: ſed die ſtatuto cùm crederetur reſponſurus libello, reſtitutionem uxoris primò fieri poſtulavit, ne ſecus fieret appellando *a.* Verùm quia dicebat mulier ſe virum [illegible] ſuſpectum, & idem procurator nec de muliere [illegible] tate cavere, nec veſtro ſe curaſſet poſtmodum [illegible] præſentare, vos teſtes mulieris recipere ſtuduiſtis. [ 2 *& infrà.*] Conſultationi veſtræ taliter reſpondemus, quòd licet ordo judiciarius in aliis controverſiis [illegible] & in matrimonialibus cauſis, non uſquequaque [illegible] tur: quia tamen in præſenti negotio non eſt [illegible] fœdere matrimonii, ſed de crimine adulterii [illegible] ad ſeperationem conjugii, non ad conjunctionem [illegible] tur) quia lite non conteſtata teſtes fuerunt [illegible] atteſtationes etiam publicatæ, ſive deferendum [illegible] deferendum appellationi fuiſſet, non eſt ad definitivam ſententiam procedendum. Potuit tamen [illegible] propter ſuam contumaciam, vel etiam [illegible] ſciens non purgaverit eandem) excommunicationis ſententia innodari.

[ 1 *In Apoſtol. ſede conſtituit totius eccleſiæ magiſtrum [illegible] quia ſecundum ſcripturæ ſententiam fecit Deus hominem [illegible] ſed ipſe ſe immiſcuit quæſtionibus infinitis, ad eandem [illegible] ſtionum difficiles referantur, ſuo recto judicio diſſolvendæ [illegible] Ad apoſtolatus noſtri notitiam literarum veſtrarum [illegible] pervenit quòd.*]

[ 2 *Et atteſtationibus publicatis diligenter auditis [illegible] ipſius nomine allegata. Quia verò cùm de ferenda [illegible] viris prudentibus tractaretis, diverſorum inveniſtis [illegible] quibuſdam dicentibus appellationi ſimpliciter deferendum [illegible] tem appellationi deferendum non eſſe, nonnullis etiam [illegible] appellationem nullatenus tenuiſſe, cùm mulier non ſit [illegible] viro ſuſpecto, niſi de impunitate ſufficienti præſtita cautione [illegible] tanta varietate nos conſulere voluiſtis, qualiter eſſet [illegible] procedendum. Nos igitur.*]

CAP. II.

*In cauſa reſtitutionis, contra contumacem, lite non [illegible] ſententia proferri non poteſt. hoc dicit, comprehendendo [illegible] dum ſummandi.*

Idem *Hieroſolymit. Patriarchæ, & Archiepiſc.* b *Caſſen.*

ACcedens *c*: [ 1 *& infrà.*] Cùm in judicum [illegible] gatorum præſentia, Archiepiſcopus Tirenen. [illegible] tionis beneficium poſtularet, plebanus ſancti [illegible] Venetiis (contra quem agebat) nihil ad objecta [illegible] dit *d,* ſed ad noſtram audientiam appellavit: & [illegible] ſæpe fuiſſet admonitus, ut juri pareret (quia [illegible] latio non tenebat) noluit tamen reſpondere [illegible] vel coram eis etiam comparere. Ipſi verò judices [illegible] plebanus in ſua contumacia perduraret *e*) teſtes [illegible] perunt ab adverſa parte productos, & depoſitionibus redactis in ſcriptis mandaverunt eidem, ut ad [illegible] deret, in perſonas, vel in dicta teſtium objectura. [illegible] cùm facere noluiſſet *f,* in ipſum excommunicationis ſententiam protulerunt, poſſeſſionem juris [illegible] adjudicantes Archiepiſcopo memorato: & eum [illegible] entes in integrum, diſtrictius vetuerunt, ne quis [illegible] onem Cirenen. eccleſiæ reſtitutam præſumeret [illegible] re. Cùm igitur *g* lis coram eiſdem judicibus [illegible] conteſtata, & manifeſtè pateret, literas ipſas per [illegible] preſſionem obtentas, (cùm manifeſtum eſſet [illegible] dictorum judicum, Achonien. videlicet & Beritenſis Epiſcopos, eidem Archiepiſcopo tanquam ſuffraganeos ſuo Metropolitano ſubeſſe) ac ex his plebanum [illegible] mè appellaſſe conſtaret, in quem (etiam ſi minus [illegible] timè appellaſſet) licet judices ipſi propter contumaciam

a *al. Archiep.* b *Pars c. prudentiam. ſup. de offic. jud. de. & c. 2. eod. tit. in 2. comp.* c *Vid. Bart. & Fulgoſ. & Paulum in l. cauſas. C. de tranſ. Soc. in reg. 295.* d *l. un. C. eo. & l. Aurelius. §. idcirco. ff. de lib. leg.* e *Vid. Bart. Soc. in fallent. Reg. 296. & aliquot ſeq.* f *C. 1. eod. tit. in 3. compil.*

a *Vid. auth. qui ſemel. C. quom. & quan. ju.* [illegible] b [illegible] *rien.* c *C. 1. eod. tit. in 2. comp.* d *Vid. l. 1. ff.* [illegible] *ob. & l. 2. ff. ſi quis in jus vo. non ſe.* e *al.* [illegible] f *Vid. l. 2. §. ſi quis à Principe. ff. ne quid in loco pub.* g [illegible] *Nos caſſavimus prædictas ſententias, cum lis non* [illegible] *teret, &c. & conteſtaret, &c.*

CCCC